

ARA VOTIVA

In

Mnemosynes fano

Inq̄

Honoris Choro

ERECTA.

à

Popularibus

amicis

VIRO

Eximio ac Præstantissimo

M. IOHANNI

MICHAELIS

Sufatensi VVestphalo.

(Cum ipsi ab inclyto Medicorum ordine
in Academia Lipsiensi,

In arte Medica assumendi pro lubitu in-
signia & privilegia Doctoralia

LICENTIA

solemniter conferretur.)

ANNO quo:

LVt berana ECCLESIA IVbILeVM AVgVstana Con-
fessionis Celebrabat.

LIPSIÆ, imprimebat GREGOR. Ritsch/

ANNO M. DC. XXX.

ALBA
MANNING
HANS
ERCTA
P
WIRD
M. JOHANNI
MICHAELIS
In
Anno M. DC. XXX.





Iane doctum pectus, & Musæ decus,
Cunctis amate ob candidos mores bonis:
Dudum parato quòd potiris præmio,
Hoc esse felix & beatum cœlicus
Rex jubeat & fausto secundet numine!

Deproperabat boni ominis E.

*M. Johannes Botfaccus,
Hervord. Westphal.*

Instat læta dies, gaudendo gaudeo voces
Tollere gratantes, sit comes alma salus.
O spectata dies niveisq; notanda lapillis!
Quo capis ex studiis præmia, JANE, tuis.
Talia, namq; decet, capiant sibi præmia docti,
Arte probata bonis req; fideq; viris
Hinc meritò summos tibi Lipsia præbet honores
Quos meruit virtus, arsq; laborq; tuus.
At ego delitias quas promam? fulva metalli
Nec teneo Cræsi divitiasvè Midæ,
Dona ferant alii gemmis queis scrinia pollent,
Devoto potius pectore vota dabo.
Vota dabo, tenui quæ sum meditatus avenâ,
Munera nam possunt non potiora dari,
Gratulator ergò novi tituli reverenter honores,
Et voveo cœptis prospera quæq; tuis,
Fortunante DEO, bonus & bene doctus in arte,
Sis, valeasq; bonis, dexteritate, fide,
Et tua laus seros nunquam non crescat in annos,
Nomen turba canat, Det rata vota DEUS.

Amico ac populari suavis. F.

Paulus Bouvver, Brem. Saxo.

A 2

Dum

DVm Bellona ferox ingentes undiq; motus
 Excitat, inq; cruenta ruit certamina Mavors;
 Tum geminæ pestes Diræ, & Discordia frendunt.
 Quis putet imbelles Musas, quis numina Phœbi,
 Quis Divam Eusebiam, quis fas, quis condita jura
 Cultores reperire suos, quis cuncta sub isto
 Armorum strepitu, potius non diruta credat,
 Everfa ac æquata solo, fundosq; laremq;?
 Et tamen Eusebiæ sacri instaurantur honores,
 Et Musis Phœboq; frequens litat ordo clientum,
 Hinc Vates Pæana canunt, lætiq; triumphant,
 Atq; tuos intonse modos & carmina præmunt.
 Hinc Divina senis pandunt oracula Coi,
 Et Phœbum autorem laudant Phœboq; loquuntur
 Digna, quibus Medicâ cinguntur tempora Lauri.
 Hos inter quoq; Jane tuum splendescere nomen,
 Nuper ut Aonij dimissa à vertice montis,
 Pertulit ad nostras aureis, jam didita, Fama.
 Exsilui, plaususq; inter numerosq; precantes,
 Hæc imo effudi gratantia pectore verba:
 Fallor an & Phœbo & Musis, Trigæq; sororum
 Charus eris, Medicosq; inter prælustris ocellus.

L. M. Q. F.

Johann-Jacob Zedler/
 Stetino - Pomeranus.

Formicæ memores byemis ceu grana per agros
 Conquirunt, nec non angusto calle recondunt:
 Ceu castæ volucres examina grata frequentant,
 Ac dulcem ex multo decerpunt flore liquorem;
 Pellere quò possint rabidi, jejunia, ventris,
 Ne malè dispereant borealis, tempore, bruma:

Sic tu

Sic tu JOHANNES noctesq; diesq; legendo
 GALENI doctos libros, tibi colligis amplum
 Thesaurum, magni superat qui ponderis aurum;
 Quid dicam superat? cum sit tibi charior auro?
 Qui didicit doctas Musarum & Apollinis artes
 Hic non divitias solum sibi colligit amplas
 Sed fert insigni clarum quoq; nomen honore.
 Ergo tibi merito, docta, pulchredine, mentis
 Qui polles, dantur nunc premia magna laborum.
 Quiq; suos, Phœbus, nunquam neglexit alumnos,
 Fioribus è variis necit tibi pollice fertum.
 Gratulor ergo tibi, tali qui dignus honore:
 Huc, huc ferto pedem cunctus popularis ad unum,
 Et mecum nostro populari dicitis carmen:
 I bene quò virtus tua te vocat; i popularis,
 Quò mox arripias DOCTORUM insignia felix.
 Tandem suppliciter junctas ad sidera palmas,
 Intendens precor hæc, cœlesti à numine, fausta:
 Hæc tua, JANE, DEUS summus bene cœpta secundet,
 Det fias felix Phœbeâ clarus in arte
 Detq; manum facilem relevando corpora morbis;
 Sic vivas & Iò redivivas perpete famâ.

Amico & fautori electo, populari dilecto, & com-
 mensali suavissimo gratulabundus
 acclamabit.

Nicolaus Blanche/Bremensis-Saxo.

ETEOSTICHON.

Versus prior Annum, alter Junii diem continet.

CVra VIro hVIC, MIChaël CLarlos CaVsa VIit honores,
 ProfVle & genII Vena VIgorqVe sVI.

Westphala, (dixissem, nisi & ipse ego Westphalus es-
 Optima Phœbeos protulit aura Viros, (sem)

A 3

West-

Westphala Westphalicis ducuntur gaudia in oris,
 Westphalia excultos cum videt arte suos.
 Westphalus es Michael Medicorum Westphala fama
 Terra est Westphalicis magnificanda modis.
 Westphala nempe suum splendescere sydere caelum,
 Terra novo, clarum conspicit atq; Virum.
 Westphala Westphalico debentur lumina caelo,
 Misnica Westphalicis indiget ora viris &
 Profit honos, profit titulus, nova gloria profit,
 Westphale, Lipsiaco, cresce, viresce, solo.
 Paucula si versus, si mentem, plurima, spectes,
 Westphala Westphalico cantat amica Viro.

Vene. M. Jobannis Hollenhagen/Hervordiens.

Virgil. Ae-
 neid. 12. 6.
 395.

Avgurio à Phæbo, & citbarà ditatus lapis
 Iāsides, quondam fertur; veruntamen istis
 Post habitis, nullo laudum succensus amore
 Saltem ut depositi, proferret fata, parentis
 Scire potestates herbarum, usumq; medendi,
 Maluit, & mutas, agitare inglorius, artes.
 Mutas? muta fuit quondam Medicina, nec ulla
 Constiterunt arti merita & praconia laudis

Plinius lib.
 26. Nat.
 Hist 6.2.

Quamprimum Hippocrates medicamina ritè ferendo
 Tanta arti in vulgus (Nam gens sibi sola tenebat
 Phœbigenon) primum vestigia prima locaret.
 Hinc ars est non-muta, nec est non-glorius unquam
 Apposito, exhaustas reddens, medicamine, vires.
 Rex Artaxerxes (saltem sic bina pitisso)
 Hippocrati auratis illustrat colla catenis
 Premia larga simul confert, auriq; talenta.

Ex Dione
 Cal. Rho.

En tantus tantum tanto cumulavit honore!
 Augustus Cæsar: sibi fata suprema parari

Cernens,

Cernens, aſt medici auxilio ſeva atria mortis
 Ereptans, Medicos illuſtri ſede beavit
 Ut fas ſit (Roma tunc tantum inſigne ſenatus
 Ordinis aut Equitum) digitis aptare Smaragdos
 Digna, digna venit, Medica arti, gloria, bonorū
 Clarus ; (Nam Medicus multis virtutibus unus
 Prævalet ante alios multos, potiorq; putandus)
 Huncce tuo merito vir Præſtantiſſime, ocelle
 Chare mihi, nunquam moritur à laude capeſcis
 Qui, Coi, monumenta, ſenis, qui ſcripta Galeni
 Verſaſti ; ac jatrîca cunctos penetrare recessus
 Artis, ſudaſti ; aſſiduo hac quaſita labore
 Præmia larga, manent, ſpolium hoc virtutis opimum !
 Hoc virtutis opus ; virtutis gloria Achates
 Perpetuus ; ſequiturq;, ſolet ceu corporis umbra,
 Namq; tua quantos poſſes virtutis habere
 Inclyte ! præcones (non-una Academia pridem
 Te vidit gnarum) nulli tamen ; aut tua virtus
 Aut pietas obſcura latet ; ſed fertur in ore
 Omnibus ; & grata celebratur murmure fama.
 Quæ ſuper applaudit, nobis quæ patria dulcis
 VVeſtpbala terra : Virum hunc, En ! VVeſtpbala protulit aure
 Dicens ; VVeſtpbalicoq; hunc conſpice ſydere natum.
 Sed quid ego ? precor hac : Magnâ cum laude, bonoq;
 Humani generis, Magnâ cum fraude Charontis
 Felici aggredere auſpicio hos, Chariſſime, honores.

Sympatriote & fautori unice exoptatiſſimo

Lmq; gratulabundus applaudebat

Joannes Sybelius, Suſat. VVeſt.

SS. Theol. Studioſus.

Actio quæq; bonam, prout eſt, ſpem concipit intra :
 Ac finis blandus quemlibet urget amor.

Impi,

dius lect.
 antiq. lib.
 6. c. 12.

Homerus
 Iliad λ. In-
 πος γαγ
 ἀνθ. 66.

Impiger extremos currit mercator ad Indos
Pauperiem fugiens, saxa ferasq; subit.
Piscator Pisces, volucrem quoq; fallat ut auceps
Ambo laborantes, retia fune trahunt.
Miles num frustra lathalia prælia Martis
Aggreditur? dici victor honore cupit.
Rarius ast nihil est, quàm quod quis sperat, habere,
Mox habeat; sed quod quis timet actor, habet.
Hinc nimium felix, hinc terq; quaterq; beatus
Cui, quod sperabat, contigit omne suum.
Quidni igitur Michael, vir condecorandus honore,
Inter felices, connumerandus erit?
Prospera quæq; cadunt, animi ut sententia pascit.
Dum fulget studijs mens decorata pijs.
Vnde etiam à M u s i s celebres huic dantur honores
L I P S I A C I S; claros, sic decet usq;, viros!
Nuper enim Sophiæ summo decoratus honore est:
Quem nunc majori Phœbus honore beat.
Vvestphale pro lubitu (Phœbus sic farier infit.)
Nostræ artis summum, scande perite gradum.
Hinc est, quod meritis votis mactetur, ad instar
Nautæ, qui portum prosperitate tenet.
Idcirco accepti felix sit gloria honoris
Ex animo paucis, sympatriota, precor.

*Suo populari & fautori suavissimo honoris
& amoris ergo ut debuit, sic
gratulari voluit*

*Zacharias Mollerus,
Susato-VVestphalus.*

F I N I S.



CC 1926

ULB Halle 3
001 556 118




Sik. 6 = Handschrift

Sb.

Paul Friedrich
Buchbindemeister
Merseburg a. S.

VD 17







ARA VOTIVA

In
Mnemosynes fano

Inq
Honoris Choro
E R E C T A.

à
Popularibus
amicis

V I R O

Eximio ac Præstantissimo

M. IOHANNI
MICHAELIS

Sufatensi VVestphalo.

(Cum ipsi ab inçlyto Medicorum ordine
in Academia Lipsiensi,

In arte Medica assumendi pro lubitu in-
signia & privilegia Doctoralia

L I C E N T I A

solenniter conferretur.)

ANNO quo:

LVt berana ECCLESIA IVblLVM AVgVstana Con-
fessionis Celebrabat.

LIPSIÆ, imprimebat GREGOR. Nisch/

ANNO M. DC. XXX.

